


F.6.3



XXXVI.

VVLNERE VVL- NERA SANO.



AVRVM custodiae quoq; ac incolumitatis esse symbolum ex Proculo tradit Pierius, unde apud veteres tutela causa sata prope aedes vel illis affixa fuit, quod etiam Ouidius testatur, cum dicit,

Postibus Augustis eadem fidissima custos.

Eamq; insuper non lœdi à fulmine, Plinio etiam astipulante, vetustas credidit. Vnde Tiberius Imperator Romanus tempestates & cornufationes nimium expanscens, cælo turbido lauream sibi solitus est imponere, non aliter ac Augustus ante ipsum nescio qua superstitione, ex vituli marini pelle in eundem finem cingulum gestare consuevit. Herodianus quoq; scribit lib. 1. in maxima peste, consulentibus Medicis, Commodum Imperatorem ob copiam arborum istarum in locum, cui nomine Lauretum, secessisse, quod beneficio harum arborum se à contagio immunem fore speraret. Ade eundem modum, virtus, cuius omnis laus in actione posita est, (secundum Ciceronem;) per se munita ab omnibus nō solum vitijs, sed alijs rebus aduersis, semper illæsa ac integra durare solet, alijsq; uniuersis commoditatibus est præferenda. Vnde Horatius carm. lib. 3. ode 2.

Virtus repulsa nescia sordidae
Intaminatis fulget honoribus,
Nec sumit, aut ponit secures,
Arbitrio popularis auræ, &c.

VVL-

Dic age cum proprio tua vulnere vulnera sanem,
Stipite cur hominum durior hostis homo es?

N 2

Excellens

XXXVII.

SIC VOS NON VOBIS.



Pingitur in lauri vitis cur stipite nixa?
Sepe etiam docti munere diues eget.

N 3

Vitis

SIC

EXCELLENTISS. ac peritissimus Medicus D. Prosper Alpinus, qui octo annis in Aegypto Medicinam feliciter exercuit, & nunc magna cum laude Venetijs artem eandem facit, veram Balsami descriptionem & locum natalem in suo praeclaro libro de plantis Aegypti, & peculiari dialogo de Balsamo edito, unde cum ejus icone, primus ut puto hisce temporibus nobis cum magna utilitate exhibuit, manifesteque ostendit, hunc fruticem in Arabia felici proprie nunc etiam nasci, ac inde in Aegyptum ac Iudaam semper translatum esse, ac ita qui velint, legitimum nancisci & habere aequo precio posse. Ex hoc frutice liquor iste nobiliss. (cujus portiuncula quog, ad nos mittere dignatus est) vulnerato vel scarificato cortice in aestate destillat, & hodie etiam in Aegypto illius magnus usus est ad omnia vulnera ac ulcera difficilia ac sordida, aliosq; plures ejusmodi affectus. Docemur autem hoc Emblemate de mutua inter homines præstanta benevolētia ac prompta opera, etiam si inter dum aliiquid propterea laborum & molestiarū sit suscipiendum. Nihil enim (ut Cicero lib. 1. de Natura Deorū tradit) bonitate ac beneficentia est melius aut præstatius. Quod quidem S. Paulus multo efficacius ac verius in Epistola ad Colos. cap. III. monet, ἐνθουσασθε inquiens πλάγια χασμάς Τίρυμ, χρησότητα, τοπεινοφροσύνην, μακροδυμίαν, πραοτήτα, id est, induit viscera commiserationis, benignitatem, animi humilitatem, lenitatem, clementiam.